









1705

1. Burger, Iohannes Jacobus : De mandato iuris iusti p[ro]cessu.
2. Cracens, Magnus : De silentio principibus magistrorum.
3. Dreyel, Joh. Georg : De fundamento nonnullarum actionum, quae ex obligacione iure ciuitatis ac mortis preventiarum recepta, orinatas.
- 4<sup>4</sup><sup>1/2</sup>. Hildebrandt, Henricus : Annae Dordetorum 1629 et instrumenti Pacis Cesares et Sacrae Archivio V. iher Romanus. Catholicius ex una, et Augustanus imperiorum ad dictos ex altera parte. 2 fasc.
5. Hoffmann, Joh. Conrad : De lucro iuristatis conjugatis usq[ue] ad yearium 1629. Thesaurus
6. Käber, Corpus Christianum : De pecunia et utilib[us] regulari s[ecundu]m ordinario
7. Kachel, Iohannes Tschirnau : De moderatione statuum imperii matriculari

8. Paululus, Stephanus: De legi principiis imperii folio  
9. Langius, Joh. Michael: De sepulture caninae.  
10. Wagenknecht, Dr. Christopherus: De Testaceis
- 1756
1. art Beck, Joh. Tacitus: De conjugali debiti praesertim  
2 exempl.
2. Bore, Joh. Tacitus: De jure representationis colle-  
terationis in feuds.
3. Fichtner, Iohannes Georgius: De docto in fraudem legi  
4. art Schlechta, Kar. am: De doce reprehendendo contractu  
matrimonii. 2 Sept. 1706 - 2738
5. Hufmann, Joh. Mauricius: De pancreate
6. Siegler, Anton Tauricus: De jure venandi ex  
generali iurisdictione in subjectum validi concerto,  
sod respectu subiunctivis entituto
7. Kugler, Stephanus Gottlieb: De myrtoria crenatae



8. Müller, von Grub : Specimina  
9. Spizias, <sup>Tetra</sup> Fabius Carolus Linnaeus con-  
spectus.

1707

1. Breitenthal, Petrus Teodor : De jure barbarorum.
2. Fichtner Ignatius Georgius : De convictione ex causis  
non debiti.
3. Fichtner, Georgius : De imperatoris Iovianus uincula-  
tali.
4. Hölschmann, Hermann : De prae numeratione expre-  
ssum particularum, like partium, facienda.
5. Hölschmann, Hermann : De numeris ordinum impri-  
communi.
6. Hoffmann, Dr. Mauricius : Specimen physiologico-  
anatomicum secretioris animalis.
7. Küller, Io. David : Specimina archaeological Romanae

8. Lenzus, Ioh. Ulrich: De auctoritate non testamendi  
barbara Graeca.

9. Lutherus, Iohannes Gallicanus: De testamentis  
principiis ab igne solamentate validis

10. Mylius, Iacobus Lutetius: De remediorum sententiae  
executionem imperiabilibus

11. Werner, Adam Baldus: De errore ius faciente

DISSE<sup>22</sup>TATIONEM IN AVGVRALEM

DE Pra. 71. num. 5.

MANDATO  
JV DICIALI  
PRÆSVMPTO,<sup>1705</sup>

DEO T. O. M. ADSPIRANTE,

ET  
*MAGNIFICO*  
ICTORVM ORDINE  
SVFFRAGANTE,<sup>33.</sup>  
IN  
ILLVSTRI NORICORVM  
VNIVERSITATE

PRO  
IMPETRANDIS IN UTROQUE JVRE  
HONORIBVS AC PRIVILEGIIS,  
CALENDIS OCTOBRI<sup>S</sup> ANNO MDCCV.

H. L. Q. C.  
SOLENNITER VENTILANDA  
PROPONIT

JOHANNES JACOBVS BVRGER,  
NORIMBERGENSIS.

Casifero MEYERIANO.

KENFREDI  
UNIVERS.  
ZVILALIE

DIESER TAUROCEN NAME VON

MACHATO

JUDICIALE

FRAZAMPOL

BO. T. OM. ADSPRANTH

EGORUM ORDINE

SURAGAVINT

ITATRI NOGORTI

ALVARETATE

IMPERIARIA IN TROOF

EDOMHEA AD PRINCIPIA

CHALDIA GE DABAD

CHALDIA H

MACULATIUS

EDOMHEA

CHALDIA



## CONSPEC<sup>T</sup>V TOTIVS DISSERTATIONIS.

**M**andatum judiciale est vel Verum  
vel Praesumptum §. I. II. Quid  
sit praesumptum §. III. Non datur  
mandatum praesumptum §. IV.  
Nisi in personis conjunctis §. V.  
Quod differt à mandato tacito §. VI. Per-  
sonarum autem conjunctio est vel personalis  
§. VII. Qua venit (a) aut ex sanguine, quo  
spectant (a) Ascendentes, non fœmina §. IX.  
Sed masculi §. IX. (b) Descendentes §. X.  
(c) Collaterales §. XI. XII. Juxta computa-  
tionem civilem numerati §. XIII. Masculi  
non Fœmina §. XIV. Non tamen excludun-  
tur masculi per fœminas junctis §. XV. (d) Af-  
fines

fines §. XVI. Ubi Quaestio deciditur , an so-  
cer pro genero , uxore defuncta , absq; man-  
dato , cum cautione rati , comparere possit ?  
§. XVII. (3) Aut ex cognatione m. ritali , uti  
maritus §. XIX. Non autem uxor pro ma-  
rito §. XIX. Vel conjunctio est realis , scili-  
cet in socio , sive litis con sorte §. XX. Qua-  
estio , an singuli ex universitate , cum cau-  
tione rati defensorio nomine universitatis recte  
possint comparere ? §. XXI. Cum tempera-  
mento res pondet §. XXII. In aliis personis  
autem , prater recensitas , mandatum non pra-  
sumitur §. XXIII. Neq; in dictis personis  
præsumptio habet locum , nisi præstetur cautio-  
rati §. XXIV. Qua an sub se comprehendat  
judicatum solvi , alii negant , alii affirmant  
§. XXV. Alii cum distinctione §. XXVI.  
Negativa magis placet §. XXVII. Affirma-  
tiva refellitur §. XXIX. Annectitur con-  
silium §. XXIX. Cessat mandatum præsum-  
ptum , si contraria probatione elidatur  
§. XXX. Aut in præjudicialibus §. XXXI.  
Et ubi dominus ipse ad ratificationem est  
incapax §. XXXII. Sequitur conclusio.  
§. XXXIII.

B C. D.

¶( 5. )¶

Etiam in libro de Procurat. et de mandato jvdi-

B. C. D.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS

De

# MANDATO JVDI- CIALI PRÆSVMPTO.

§. I.

**D**issertationis nostræ titulum, more aliâs usitato, prolixius explicare, & circa explicationem verborum longius hærente, inde supervacaneum duco, cum per se sint clara & perspicua, quid *Mandatum*, quid *Præsumptum*, quid *Judiciale* significet; hinc potius ad rem ipsam me accingo.

II.

Mandatum autem quod attinet, dividitur in judiciale, quo negotia judicialia, & extrajudiciale, ubi negotia extrajudicialia committuntur. De priori agitur in Lib. 3. Tit. 3. ff. de Procurat. de posteriori autem in Lib. 17. Tit. 1. ff. Mand. Missio extrajudiciali, circa judiciale saltem ero occupatus; quod est vel Verum, vel Præsumptum. Hinc verus ille dicitur procurator, qui vero, & quasi procurator, qui præsumpto domini mandato admittitur, Lauterb. Compend. ad Lib. 3. Tit. 3. ff. pag. 64. Ne autem limites dif-

A 3

ferta-

※( 6. )※

sertationis inauguralis consuetos transgredi videar,  
de mandato judiciali præsumpto theses nonnullas conscri-  
bere est animus.

*III.*

Mandatum autem præsumptum nomino, quod  
cum revera non intercesserit, intercessisse tamen à le-  
ge præsumitur, & habet locum inter cognatos, nisi  
contraria probatione, ac præsumptione elidatur, &  
causa speciale exigat mandatum, ita tamen ut princi-  
palis ipse possit mandare, & cautio rati accedat.

*IV.*

Dum hæc scribo, non leve exsurgit dubium, *an*  
*detur mandatum præsumptum?* cum in mentem veniat re-  
gula illa juris satis trita: Mandatum nunquam præ-  
sumi, nisi probetur, ne quidem per mille annos. Con-  
rad Rittershus. in *Consil. Altdorff.* pag. 449. Quæ regula  
indubitate juris esse dicitur, quia mandatum est facti,  
facta verò nunquam præsumuntur. *l. 1. Cod. de Procurat.*  
*l. 29. in fin. ff. Mandat.* Accedit & alia ratio evidentissima,  
quod nemo præsumatur habere officium, nisi probe-  
tur. *l. 5. Cod. de Jur. fisc.* Mandatum autem in primis ju-  
diciale gerens, officio & munere publico gaudet. *l. 2.*  
*ff. de R. J.* idcirco mandatum probari, non præsumi de-  
bet. Et licet alli hanc regulam fallere & mandatum  
præsumi sentiant, quando intervenerit scientia ac pa-  
tientia domini, occasione *l. 18. ff. Mandat. Mynsing.*  
*Cent. V. Observ. 80. num. 4.* Refellitur tamen eorum op-  
nio exinde, quod in præjudicialibus præsens & ta-  
cens consentire non præsumitur, *l. 8. §. 1. ff. de Procurat.*  
atque is, qui tacet, non utique fatetur, *l. 142. de R. J.*  
Nihil ad rem facit lex *alleg. 18. ff. Mandat.* patientia enim  
ac scientia domini, quod ibi pro mandato habeatur,  
hæc

\* ( 7 ) \*

hæc est ratio , quod tacentis commodum manifestissimum in casu ibi proposito satis appareat, neque locum habeat dicta lex hodiè aliter , quam in extrajudicialibus, uti sentit Dn. Stryck. Usuff. Modern. Lib. 3. Tit. 3.  
 §. 28. Nullus ergo procurator ille dicitur, qui sine mandato comparet, l. 3. §. 2 ff. Jud. solv. Bald. ad l. 28. ff. de Procurat. cuius positiones ab actis removendæ , & talis procurator juxta Ord. Process. Sax. Elect. Tit. 7. §. 1. poenam V. thalerorum prima vice , & X. thalerorum secunda vice , ac sic deinceps , incurrit, ubi tamen notandum , quod sola comparitio in termino , absque mandato, mulctam non mereatur, sed si quis ad acta clientium jura simul proponat. Nicol. ad Process. Saxon. Tit. 7. n. 10. Et Dn. Rivin. ad Ord. Process. Tit. 7. Enunc. 4. ubi prejudicium Scabin. Lipf. M. Martio 1675. An die Stadt-Gerichte zu Alt-Dresden : in Sachen Dorothea Piischlin / contra M. Johann Christoph Ischauen : J. C. G. mag gestalten Sachen nach / weil Er sich ohne Legitimation bloß angegeben / nicht aber versetzen / mit der in der Process-Ordnung enthaltenen Straße nicht belegen werden,

V.

Licet verò ista regula in se satis sit certa , temperamentum tamen illi accedit ratione personarum coniunctarum, pro quibus, non omnibus promiscuè , sed certis tantum , & in legibus determinatis, aliquis comparere potest in judicio absque mandato per l. 12. & 21. Cod. de Procurat. l. 35. ff. b. t. C. nonnulli . de Rescript. Hub. adff. Tit. de Procurat. pos. 14. Confer der Stadt Nürnberg vernieuerte Reformatio de Anno 1564. Tit. 5. leg. 4. Quia propter coniunctionem & affectionem, qua suos complectuntur , est præsumptio , quod præ cæteris causæ

※( 8. )※

causæ merita attendere , eaque optimè & fidelissimè procurare soleant , quibus ipsæ personæ principales id negotium probabiliter fuissent commissuræ , & hinc dominum hoc mandasse præsumitur , Hahn. ad We-senb. Lib. 3. Tit. 3. n. 7. verb. præsumpt.

VI.

Sunt quidem nonnulli , qui statuunt , personas conjunctas tacitum habere mandatum , adeoque non omni mandato destitui; In eorum tamen opinionem exinde non possum descendere , cum in l. 35. pr. & 40. §. fin. ff. de Procurat. sine mandato esse dicantur ; sine mandato autem non est , qui tacitum habet mandatum , cum potius leges in §. præcedenti allegatae idem diserte negent. Accedit & hoc , quod cautio-ne de rato opus non esset , quia tacitum mandatum plus operatur , quam ratihabitio , neque etiam tacitum mandatum locum habet in judicialibus , l. 8. §. 1. ff. de Procurat. Pet. de Greve ibid. §. 12.

VII.

Personas autem , in quibus mandatum præsumitur , recenset Ulpianus in l. 35. princ. ff. de Procurat. l. 1. §. ult. ff. de postul. l. 3. §. 3. ff. jud. solv. l. 2. Cod. de con-fort. ejusd. lit. suntque liberi , parentes , fratres , affi-nes , liberti , maritus , & consortes litis. Brunnem. ad l. 12. Cod. de Procurat. Perez. ad Lib. 2. Tit. 3. Cod. §. 16. Addunt interpres alios agnatos , cognatos & ami-cos. Emeric. Rosb. Process. Civil. p. 123. Borell. decif. 66. n. 93. Petr. Castal. adver. part. 1. ad alleg. l. 35. pag. 122. Et Sichard. in l. 12. Cod. de Procurat. conjunctas personas in infinitum usque , ad gradum successorum exten-dit , id quod tamen ex panormit. sententia ad §. ult. C. nonnulli ¶. de Rescript. pro varietate regionis ex-pe-diendum.

diendum. Nos ut ordine procedamus , ita concipienda erit materia , quod conjunctio , ob quam defensio sine mandato admittitur , sit *vel* personalis , quæ nimis dependet , sive ex sanguine , sive ex affinitate , sive ex vinculo conjugali ; *vel* realis , quæ dependet ex unitate causæ . De singulis singula veniunt delineanda .

## VIII.

Sanguine conjuncti sunt , *vel* Ascendentes , *vel* Descendentes , *vel* Collaterales . Nomine *Ascendentium* veniunt , parentes , qui optimum consilium pro liberis habere creduntur , l. pen. §. 1. ff. de ritu nupt. sub quo vocabulo tamen comprehenduntur ascendentes in infinitum l. 51. ff. de V. S. Carpz. de Arb. Consang. dif. 3. §. 7. Id quod de sexu masculino saltem accipiendum , excluso fœminino . Hinc mater pro liberis , absque mandato , non admittitur , licet liberi sint litis consortes , cum aliorum nomine in judicio comparare , sit officium virile , l. 18. Cod. de Procurat. Nec obstat l. 1. §. fin. ff. de Appellat. recip. ubi dicitur : in causa appellationis matrem pro filio admitti . Magna enim adest diversitatis ratio , in causa enim appellationis majus est periculum , possit nimis sententia abire in rem judicatam , hinc eo casu quidem mater admittitur , non autem in principali . Sichard. ad l. 18. Cod. de Procurat. Accedit , quod in foro Saxonico mulier etiam in propria causa , absque curatore , personam standi in judicio non habeat . Landr. Lib. 1. art. 44. & 46. Et Carpz. Jurispr. for. P. 1. Conf. 1. def. 30. Ziegler. ad O. P. S. Tit. 8. neque hunc defectum per cautionem rati supplere poterit , cum sit species fidejussionis , quæ tamen fœminis interdicta l. 1. ff. ad SCt. Vellej. Dn. Schwendendorff. ad Fibig. process. pag. 244. Nonnulli quidem sanguinis

B

VINCULI

vinculum hic sufficere existimant , ex qua ratione Facultas Juridica Hallensis matrem cum cautione rati admittendam censuit , uti patet ex responso in causa curatoris Hansen D. Chefrau contra Andrean B. und conforten/ an den Amtmann zu Calba M. Jan. A. 1702. Wann nun hiernecht Klägerin wegen ihres Sohns cautionem rati würtlich angelobet / so ist Beklagte auf die erhobene Klage zu antworten und den Krieg rechtens zu befestigen verbunden. Ubi in rationibus decidendi; So viel den Sohn betrifft / ist dieselbe mit der cautione rati , als die nechste Unverwandtin / wohl zu zulassen. Contrarium tamen ex præmissis patet , & tot præjudiciis Scabin. Lips. corroboratur. Ita enim in causa Christoph Röhlers contra Regina Herdlin / vor sich und wegen ihrer Kinder an den Stadt-Richter zu Chemnitz M. Sept. An. 1704. das Beklagte vor allen Dingen wegen seiner curanten Kinder / weil die cautio rati nicht statt hat / sich anderer Gestalt / und besser als geschehen / sich zu legitimiren schuldig. Plura, quæ huc spectant , recenset Dn. Rivin. ad O. P. S. Tit. 7. Enunc. 8. Conf. Philipp. ad P. S. Tit. 7. confid. 4. n. 7. 8.

## IX.

Ratione patris autem multum interest , an tanquam defensor filii , an vi patriæ potestatis compareat. Priori casu cum cautione rati comparere debet , & actus speciales absque mandato expedire nequit; posteriori autem casu , omnia , etiam quæ speciale mandatum exigunt , absque cautione rati valide tractat. Hinc pater pro liberis non emancipatis , & filia jam maritata ita comparet in judicio , in vächterlicher Gewalt seiner Kinder / wie auch defensorio nomine seiner Tochter. Si ergo de qualitate agentis , ex actis non apparet ,

\* ( 11. ) \*

ret , interlocutoria fertur sententia , daß Kläger vor allen Dingen / ob sein Principal in vächterlicher Gewalt seines Sohnes / oder defensorio nomine desselben / seitne erhobene Klage fortzusetzen gesonnen / sich deutlich erklären / und auf den letzten Fall cautionem rati würdig anzugeschen ic . Ita enim à Scabinat. Lips. M. Martio An. 1690. fuisse pronunciatum refert Dn. Rivin. loc. cit. Enunc. 5. Exinde sequitur, quod cautio de rato cestet, si pater nomine filii agat injuriarum, quia & ipsi actio ex causa l. 41. ff. de injur. competit. Quod tamen limitatur, si procurator patris ob injuriam filio illatam agat, & de mandato dubitetur , absente scilicet patre filium reum ratihabiturum cavebit. l. 22. §. ult. ff. rem rat. hab. Nam cum ejus præcipue intersit, nec adeò constet de mandato patris, nihil est æquius , quam ita caveri. Buff. ad l. 39. ff. de Procurat. n. 7. Ita & contra filiæ imprægnatorem, vi patriæ potestatis, pater rectè agit, ac super imprægnatione juramentum deferre potest, ipsique patri non filiæ juramentum calumniæ injungitur, videatur Dn. Rivin. loc. cit. Enunc. 6. ubi præjud. Scab. Lips. Pro liberis autem emancipatis non aliter, nisi cum cautione rati pater admittitur. Nec obstat l. 8. §. 3. Cod. de bon. que lib. est enim ibi casus, si pater de bonis filii adventitiis actionem instituat , vel conveniatur, quod tunc requiratur consensus filii , nisi sit infans aut longe absens. Brunnem. ad dict. leg. n. 12. Salicet. ad dict. leg. non tamen per hoc excluditur cautio rati. Dn. Stryck. in Annot. ad Lauterb. Compend. pag. mihi 134. De jure Würtembergico patrem, matre mortua, sine mandato magistratus , liberorum suorum nomine, agere non posse, tanquam speciale recenset Heinr. Bocer. Disp. P. 2. pag. 437.

Uti autem in parentibus quoad causam libero-  
rum præsumitur mandatum, ita & vice versa idem in  
liberis, ex justa non etiam prohibita conjugatione na-  
tis, *Novell. 74. c. fin.* quoad causam parentum præ-  
sumi indubitati juris est, & cognati ex linea ascen-  
denti & descendenti admittuntur, sine discriminione gra-  
dus. Videatur *Ord. Process. Sax. Tit. 7. verb.*: Wir lassen aber  
gleichwohl geschehen / daß ein Vatter von seines Sohns/  
und der Sohn von seines Vatters wegen &c. Huc eti-  
am inclinat der Stadt Nürnberg erneuerte *Refor-  
mation* *Tit. 5. leg. 4.* Es mag ein Vatter von seines Sohns/  
und der Sohn von seines Vatters wegen / und alle an-  
dere Personen in ab- und aufsteigender Linien &c. Num  
autem filius naturalis pro matre, sine mandato vero,  
cum cautione rati, sit admittendus, dubitum mihi  
non videtur, cum ratione matris, liberorum natura-  
lium, & ex justis nuptiis procreatorum, eadem sit con-  
ditio. *Martin. ad Ord. Process. Sax. Tit. 7. §. 2. n. 51.*

## XI.

Nunc ad *collaterales*, ex quibus quidam solos fra-  
tres sine mandato admittunt per *l. 35. pr. ff. de Procurat.*  
*Lauterb. Compend. Jur. Civil. ad Tit. de Procurat.* pag. mibi 6.  
Alii & cæteros agnatos ad gradum usque tertium,  
*Carpz. P. 1. Const. 2. def. 29.* Alii ad gradum quartum,  
*Simon van Levwen, Cens. for. P. 2. Lib. 1. c. 6. n. 6.* occa-  
sione *l. 5. §. 5. Cod. de Advocat. div. judic. l. 1. ff. §. fin. de Po-  
stul.* quæ leges tamen nihil probant de quarto gradu,  
sed de secundo. Alii ad gradum decimum, *Sichard.*  
*ad l. 12. n. 6. Cod. de Procurat.* & plures quos citat *Berlich.*  
*P. 1. conclus. 14. n. 38.* De Jure Civili primam opinio-  
nem prævalere puto, quia in *leg. allegat. 35. ff. de Pro-  
curat.*

*curat. tantum fratum, reliquorum vero agnatorum nullibi sit mentio, ultra fratres itaque & sorores non erit extendenda ; ita Angel. & Fulgos. ad dict. leg. 35. Hillig. ad Donell. Lib. 18. c. 12. Lit. K. Carpz. Process. Tit. 5. Art. 6. n. 25. Et licet quis ex paritate rationis, quæ quoad præsens negotium in fratribus & cæteris agnatis obtinet, legem illam 35. ad reliquos etiam agnatos applicare velit, jura tamen exorbitantia & singularia, ne quidem ex paritate rationis, extensionem admittunt. Quoad remotiores autem personas, eò magis vinculum sanguinis labefactatur, Dn. Stryck. in Usu ff. Modern. Lib. 3. Tit. 3. §. 45. Et ita duorum fratum & sororum liberi essent excludendi, qui de Jure Civili in quarto gradu sunt constituti, §. 4. Inst. de Nupt. nisi propter respectum parentelæ aliud statuendum esset ex mente Dn. Stryck. Annot. ad Compend. Lauterb. Tit. de Procurat. pag. mibi 134.*

## XII.

De Jure autem Saxonico, quoad gradum tertium, extensionem fieri, est res decisa, Ord. Process. Sax. Tit. 7. verb: *Desgleichen seithalben die Bluts-Verwandten bis in dritten Grad inclusivè &c. Concordat etiam Jus Norimbergense in alleg. Reform. Tit. 5. leg. 4. verb: Desgleichen in der seitlichen Linie alle gesippten bis in dritten Grad einschließlich.* Et legislatores procul dubio collaterales ad tertium gradum usque ex hac ratione admittunt, quod affectio in dicto gradu vel consanguinitas adhuc duret, adeoque præsumptum mandatum inveniat locum. Sub nomine autem fratum *comprivigni* hic non comprehenduntur, licet se invicem fratres salutare solent, cum nulla inter eos cognatio nec affinitas. Martin. ad Process. Tit. 7. I. 2.

B 3

n. 59.

n. 59 seqq. Accedit quod l. 35. ff. de Procurat. saltem de fratribus ex cognatione loquatur. Lauterb. Disput. 5. Vol. 3. §. II.

## XIII.

Multum autem interest, hoc loco inquirere, an computatio Juris Civilis, an verò canonica, hic locum habeat? Respondent Dd. quod computatio civilis hic observetur, cum Jure Canonico, præprimis in parte de computatione graduum, quoad cautionem rati, nihil expresse constitutum. Quantum autem differat hoc passu computatio canonica à civili, patet ex sequenti schemate;

Pater.

Frater  
Cajus.Frater  
Cajus.Fratri filius  
Sempronius.Fratri filius  
Titius.Fratri nepos  
Javolenus.

Si ex computatione canonica, gradus tertius hic interpretandus, Javolenus pro Titio esset admittendus, civili autem ne quidem Sempronius pro Titio.

## XIV.

Sorores verò & reliquæ personæ quæ sunt sexus fœminini, licet sint intra gradus requisitos cognatorum, excluduntur tamen per l. 18. Cod. de Procurat. & l. 2. ff. de R. J. Philipp. ad Ord. Process. Tit. 7. confid. 4. n. 6. seqq. Secus quidem statuit Anton. Faber ad Cod. Lib. 8. Tit. 21. def. 4. quod

quod soror, tanquam conjuncta persona, pro fratribus  
agere & rem sine mandato exequi possit, modo de ra-  
to cayere sit parata, occasione l. 36. ff. de Procurat. cum  
tamen in dicta lege de eo nihil expresse sit fanebitum,  
hincque ipsius opinioni subscribere dubito. Personæ  
ergo saltem masculini sexus, non etiam foeminæ, ad-  
mittuntur in judicio cum cautione rati pro aliis, licet  
sint litis confortes, & quod in legibus circa cautionem  
de rato decimus, ultra masculos non extendendum.  
Philipp. ad Ord. Process. Sax. Tit. 7. consil. 4. n. 6 Hinc si so-  
ror fratres, aut reliquas sorores velit defendere in ju-  
dicio, alia injungitur ipsi legitimatio, ut patet ex de-  
creto Appellationis Dresdenis in causa D. Hieronymi  
Binders Erben / contra dem Rath zu Borna / ubi soror  
pro sorore non admittebatur termino Martini 1677.  
daß Klägers actor sich auch wegen Marien Eckertin / weiz-  
len die disfals angelobte cautio rati nicht statt hat / ge-  
bührend zu legitimiren schuldig. Et M. Mayo 1688. in  
causa Johann Georg Zeitlern; contra Rosina Stahlin  
Erben / ubi soror ratione fratri peregre profecti, per  
actorem cum cautione rati coram Senatu Lipsiensi  
comparebat, ita responsum: daß die angebotne cautio  
rati nicht statt habe / sondern es seye Beklagte wegen ih-  
res Bruders / sich anderer Gestalt und besser als es gesche-  
hen / zu legitimiren schuldig / plura recenset Dn. Riven.  
ad Ord. Process. Tit. 7. Enunciat. 7. Speciale tamen quid ex  
concurstu Crameriano Lipsiae ventilato allegat Dn. Ri-  
vin. in Specim. Except. forens. c. 28. ubi absentis Reipub-  
licæ causa soror, per maritum pro fratre arrestum im-  
petrabat, publicabatur enim sententia designationis  
M. Mayo 1682. in qua pro validitate arresti pronun-  
ciabatur XVI, 3065. J. C. R. Inhalts des am 9. Septem-  
bris

※( 16. )※

bris gedachten Jahrs um  $\frac{1}{4}$  auf 12. Uhr erhaltenen Arrestes/ welcher gestalten Sachen nach vor billig zu achten. Cujus rationem decidendi primariam fuisse absentiam Reipublicæ causa, apparet ex responso Scab. Lips. pro informatione in eadem causa factis nominibus petita, quod verbotenus allegat Dn. Rivin. loc. cit. pag. 160. Accedit, quod petitio arresti propriè actus judicialis non sit, sed tantummodo præparamentum judicii, vel actionem principalem deinceps in judicium deducens. Coler. Process. executiv. P. 3. c. 11. n. 36. Ziegler. ad Ord. Process. Sax. Tit. 9.

*XV.*

Licet itaque fœminæ defensorio nomine compare etiam cum cautione rati non sint habiles, admittuntur tamen masculi per fœminas juncti, v. g. avunculus sororis filius, avus maternus &c. Oblstat quidem regula, quod exclusio fœminarum sit exclusio masculorum, Cardinal. Tusch. Lit. E. verb. exclus. conclus. 432. Sed cum hæc regula saltem habeat locum, si de jure ex devolutione competit quæstio, huc non spectat, cum de illo jure hic non queratur.

*XVI.*

Sanguine conjunctos sequuntur, qui pro se invicem ex mandato præsumpto legitimam in judicio standi habent personam, ex l. 35. ff. de Procurat. Jure communi illos tantum affines admitti putat Hippol. de Marsil. Singul. 123. qui parentum liberorumve loco sunt; ast Lauterb. ad ff. de Procurat. etiam illos collaterales, qui sunt in gradu secundo, cujus sententia exinde magis probabilis, quia fratri pro fratre datur facultas agendi, juxta, illa, quæ diximus s. præced. XI. tales vero affines sunt fratris loco, quod clarius deducit

cit Dn. Stryck. *Usūff. Modern.* Lib. 3. Tit. 3. §. 56. Alii ad tertium usque gradum inclusivè extendendum esse putant, Georg. Schulz. *de Arb. Consang. & Affinit.* c. 12. n. 6. Jure Saxonico inter affines in linea transversali mandatum non præsumitur, nec etiam inter omnes in linea recta, sed solummodo socer pro genero & gener pro socero admittitur. *Ord. Process. Sax.* Tit. 7. 6. Wir lasſen aber &c. Carpz. P. 1. *Conſt.* 1. def. 29. n. 4. *Lib.* 3. Tit. 10. *Reſp.* 7. n. 4. Tit. 5. *Process.* Art. 6. n. 43. P. 3. decif. 205. n. 15. Nicol. *ad Process.* c. 7. n. 54. Ita etiam sentit Jus Norimbergense *sep. alleg. Tit. 5. Leg. 4. verb.* Auch der Schwicher für sein Aiden oder Tochtermann / und der Aiden oder Tochtermann für seinen Schwieher ohn Givalt erscheinen &c. Hinc vitricus pro privigno, tum de Jure Saxonico, tum Norimbergensi, sine vero mandato agere non valet, Lang. *Iſag. ad Process.* pag. 165. Carpz. *Process.* Tit. 5. Art. 6. n. 43. Licet ob respectum parentelæ eos nolit excludi Dn. Stryck. *Usūff. Modern.* loc. cit. neque pater sponsæ admittitur, quamvis in Jure socer, & sponsus gener appelletur l. 8. ff. *de grad.* l. 5. ff. *de teſtib.* cum proprie affines non sint, vid. Mart. *ad Process.* Tit. 7. §. 2. n. 83.

## XVII.

Sed an adhuc socer pro genero, uxore ejus defuncta, absque mandato cum cautione rati possit comparere, in dubium solet vocari. Berlich. P. 1. *Concluſ.* 14. n. 49. & qui illum sequitur, Schulz. *in Process.* c. 12. n. 7. pro negativa militant. Post mortem enim conjugis effectus civiles affinitatis expirare statuunt, occasione l. 3. §. 1. ff. *de postul.* & cessante causa cessat ipsa affinitas. Gloff. *ad l. 34. ff. de Procurat.* cui opinioni se adjungit Dn. Stryck. *Usūff. Modern.* Lib. 3. Tit. 3. n. 47.

C

Affir-

Affirmativè autem hanc quæstionem decidit Carpzov. Process. Tit. 5. Art. 6. n. 46. quia etiam post obitum conjugis ratio honoris & affectionis inter generum & successorum habenda. Nicol. ad Process. c. 7. n. 44. Dn. Schwendendorff. ad Fibig. Process. pag. mihi 254. qui distinguit inter causam affinitatis, & ipsam affinitatem. Temperat quidem hanc controversiam Ziegler. ad Ord. Process. Tit. 7. dum intereste putat, an bene sibi invicem cupiant sacer & gener, an vero, quod fieri saepius solet, odium & inimicitias alant? priori casu Carpzovii affirmantis, posteriori autem Berlichii negantis opinio esset amplexanda. In dubio tamen à lege non discedendum. Hinc Vivius Lib. 2. decis. 376. fententiam Berlichii communem esse statuit.

## XIX.

Ob conjunctionem maritalem, an maritus quem Perez. ad Cod. pag. 84. personam conjunctissimam nominat, pro uxore sua sine mandato admitti possit, olim in Camera pro-negativa judicatum meminit Mynsing. l. 3. observ. 53. postea autem Dominos Camerale Bar-tholi sententiam amplexos esse dicit, quæ se fundat in l. 21. Cod. de Procurat. l. 3. §. 3. ff. Jud. solv. Lauterb. Compend. Tit. de Procurat. pag. mihi 66. Trentacinq. Var. Resol. Lib. 2. resol. 5. pag. 382. per totum. Coincidit Jus Norimbergense loc. supr. alleg. in verb: Und der Mann von sei ner Ehelichen Haushrauen svegen. Sed an etiam cautio rati exigatur, inter Dd. ardua est controversia. Pro affirmativa respondet l. 21. Cod. de Procurat. pro negativa autem l. fin. Cod. de pæt. conv. super dot. Grönw. de Leg. abrog. ad diæt. leg. 21. Cod. de Procurat. qui ita: Nostris & aliorum moribus maritus est legitimus uxoris curator, neque ullam satisfactionem præstare tenetur.

Si

Si autem hæ leges obstantes rectè inspiciantur, sibi invicem non sunt contrariae, *Lex enim 21. Cod. de Procurat.* juxta distinctionem Bartholi intelligenda est, de iis bonis, quæ dicuntur receptitia, h. e. quæ mulieri præter dotalia & paraphernalia competitunt, ibi enim ceu persona conjuncta mandato destituta cautionem præstare habet necesse, *Wurmſ. Lib. 1. Tit. 37. observ. 7.* *Umm. ad Process. differt. 9. §. 7.* *Carpz. Process. Tit. 5. art. 5.* *n. 30. & decis. 205. n. 15.* In actionibus autem rerum dotalium & paraphernalium sine cautione rectè agit, *Buß. adff. P. 1. pag. 145.* in dotalibus enim est dominus, in paraphernalibus legitimus administrator, hinc cautione de rato non gravandus. *Mynsing. Lib. 3. observ. 53.* *Gail. Lib. 1. observ. 133. n. 7.* nec praxis hic diversum quid statuit, ubi observantia Juris Civilis superest. *Dn. Stryck. Usu ff. Modern. Lib. 3. Tit. 3. §. 44.* De Jure Saxonico specialiter receptum, ut neglecto ferè illorum discrimine, ad quascunque causas vel lites, quas uxoris suæ nomine peragendas vel defendendas suscipit maritus, per cautionem vel mandatum se legitimare debeat. *Carpzov. Process. Tit. 5. art. 6. n. 31.* Si tamen res a estimato in dōtem fuerit data, & quidem emtionis causa, tunc in plenum dominium ejus transit, per *I. 5. Cod. de jur. dot.* & cautione rati opus non est, cum maritus suo nomine actionem exerceat. *Nicol. ad Process. c. 7. n. 39.* *Ziegl. ad Ord. Process. Sax. Tit. 5. verb:* *Der Mann swegen seines Eheweibs.*

*XIX.*

Uxor autem vice versa pro marito cum cautione rati non admittitur, uxorem enim à viro defendi, non autem virum ab uxore æquum est. *§. 2. Inst. de Injur.* & scœminis pro alio postulare planè prohibitum, cum defen-

defensio officium sit virile , l. i. §. 1. ff. de Postul. l. 54. ff. de Procurat. l. 18. Cod. eod. l. 2. ff. de R. J. Berlichius quidem lib. i. concl. 14. n. 48. uxori maritum defendere permittit, quod cum temperamento accipiendum; si scilicet periculum sit in mora. Brunnem. ad l. 54. ff. de Procurat. n. 1. Mæv. P. 4. decif. 329. & 390. ubi pro marito absente, vel impedito, uxorem defensorio nomine comparentem, fuisse admissam testatur; cuius ratio forte hæc esse possit, quod uxor cum marito sit una caro eademque persona, iisdem infortunis obnoxia, & hoc intuitu uxor, quæ maritum de bonis periclitantem defendit, propriam causam agit, Sichard. ad l. 4. n. 5. Cod. de Procurat. Et quamvis uxor pro marito interveniens cum exceptione SCti Vellejani se poterit juvare, l. 51. & 54. ff. de Procurat. si tamen huic privilegio renunciaverit, nihil obstat, quin & tunc cum cautione rati sit admittenda. Concordat Jus Norimbergense Tit. 5. Leg. 5. per verb. Es wäre dann / daß sie deshalb gnugsame Versicherung und Bestand zum Rechten thät / und verzihe sich aller Gnaden / Freiheit / und Behelfs / so die Weibs-Person aus Gunst und Zulassung der gemeinen Kaiserlichen Rechten haben.

## XX.

Hactenus de personaliter conjunctis, nunc ad reatiter conjunctos i. e. socios sive litis consortes, qui scilicet in eadem causa, coram eodem judice item movent, vel excipiunt. Pro consorte enim sive socio suo sine mandato quis admittitur procurator, cum cautione tamen rati. Fundamentum hujus positionis est in l. ult. Cod. de Consort. ejusd. lit. Mæv. P. 5. decif. 97. Carpz. Process. Tit. 5. art. 6. n. 50. & ratio consistit in connexione causæ, cuius tractatio sine incommmodo distrahi non potest,

poteſt, neque litiſ consortium æſtimandum eſt ex qua-  
li quali intereſſe, quod in re, de qua litigatur, alteri  
per conſequentiā competit, ſed requiritur negotium  
commune, Dn. Schwendendörff. ad Fibig. process. p. 242.  
Approbat idem Jus Saxonum in Ord. Process. §. Wir laſ-  
ſen aber gleichwohl / in verbis, welches auch in conſorti-  
bus ejusdem litiſ ſtatt haben ſoll. Huc ſpectant cohæ-  
redes, nam & hæredem pro hærede circa rem commu-  
nem judicium luſcipere poſſe fine mandato, res eſt  
decifa per l. 5. §. 1. ff. Judic. ſolv. ſunt enim quoad com-  
munia litiſ conſortes, quorum unuſ pro alio fine man-  
dato item agit, Mæv. P. 4. decif. 361. & P. 3. decif. 99. Cir-  
ca hoc mandatum præſumptum inter litiſ conſortes  
benè tamen ponderandum, an eandem habeant cau-  
ſam circa rem individuam vel dividuam? Si res indi-  
vidua, Dd. concludunt, quod unus poſſit agere, & cæ-  
teros indiſtincte defendere in ſolidum, l. 4. ff. ſi ex noxal  
cauſa l. 4. §. 3. ff. ſi ſervit. vind. quod tamen respectu juris in  
judicium deducendi, non verò respectu præjudicii ge-  
nerandi accipiendo, ita ut conſorti proſit non obſit  
ſententia, Trentacinq. Var. Refol. Lib. 2. Refol. 7. n. 2. pag.  
386. Si verò res dividua, tunc vel eſt lis confeſta,   
vel non: in posteriori caſu, conſortem pro conſorte  
fine mandato agere non poſſe, nonnulli ſentiuſt, cum  
ante item confeſtam non ſint litiſ conſortes, nec lis  
dicatur, ſed con troverſia, l. fin. Cod. de conſort. ejusd. lit.  
Lauterb. Compend. Tit. de Procurat. pag. mihi. 66. Hart. Pi-  
ſtor. obſerv. 145. n. 2. Hinc pro ſua parte quilibet agere  
ac defendere poſteſt, Simon van Levwen. Cenſ. forenſ. P. 2.  
Lib. 1. Tit. 6. n. 7. Alii autem indiſtincte, ſive ante five  
poſt item confeſtam, lite tamen ordinata conſor-  
tes, cum cautione rati, etiam in cauſis dividuis ad-  
mittunt,

mittunt, Berlich. P. 1. conclus. 14. n. 55. Minda n. Process. Lib. 3. c. 16. conclus. 12 Schulz. Process. c. 12. n. 8. Vult. Lib. 2. Jurispr. Rom. c. 30. n. 39. Cui posteriori opinioni accedo, cum idem cautionis fundamentum, ut utroque tempore præsumptum mandatum non deficiat. Neque contrariatur l. fin. Cod. de consort. ejusd. lit. ibi: Post lit. tem legitimè ordinatam, quæ verba in l. 2. Cod. Theodos. de cognit. & procurat. ubi eadem constitutio reperitur, non habentur, & ideo à Triboniano videntur inserta. Quis autem non videt, quod in dicta lege, nihil de litis contestatione, bñ tamen de litis ordinatione, i. e. de institutione actionis sit sermo. Perez. ad Cod. diet. tit. Brunnem. ad Cod. pag. 326. Ordinatur autem lis per ea, quæ sunt præparatoria contestationis & judicij l. 24. ff. de liberal. caus. Mart. ad Process. Sax. Tit. 7. §. 2. n. 106.

## XXI.

Pertinet huc quæstio: An singuli ex universitate defensorio nomine universitatis rectè possint compарere, si de rato cavere velint? Negat hoc Dn. Schwend. ad Fibig. pag. 242. cum Jus universitatis ad singulos de universitate non pertineat, l. 7. §. 1. ff. quod cuiusq; univers. nom. licet per consequentiam ad eos redundet, ex quo tamen tale litis consortium induci nequeat, Lauterb. Diff. 5. vol. 3. n. 21. Differre enim universitatem & singulos de universitate formaliter, & Syndicum pro universitate, non pro singulis intervenire, & ita quorum non lis, eorumque nec dari consortes litis prolixius explicat Dn. Schilt. exercit. adff. 10. §. 56. Affirmativam defendit Carpz. P. 3. decis. 205. & Process. Tit. 5. art. 6. n. 62. Philipp. ad Ord. Process. Tit. 7. consid. 3. ubi præjudicium. Brunnemann. ad Rub. Tit. ff. quod cuiusq; univers. nom. n. 2. nixus sequentibus rationibus; quod omnes in univer-

universitate aliquâ considerati, in causa fere illius sint ejusdem litis consortes, cum fieri haud possit, ut causa ejusmodi communis non etiam respiciat singulos, eorumque commodum concernat: Ad leg. alleg. obſt. 7. §. i. respondent ex l. ult. Cod. de confort. lit. ubi illi dicuntur litis consortes, qui commune habent negotium, quod tamen non est saltem ratione proprietatis, sed etiam ratione uſus, & licet ergo res universitatis non fint res singulorum in illa universitate quoad dominium, sunt tamen communes quoad utilitatem, ut proinde haud absurdum sit, eum qui est in universitate, tanquam litis confortem pro reliquis admitti, quod prolixius explicat Dn. Rivin. in Specim. Except. for. c. 7. n. 30.

### XXII.

Elegans hujus controversiae est decisio Dn. Stryck. Usu ff. Modern. Lib. 3. Tit. 4. §. 7. videndum nimirum, an causa concernat utilitatem singulorum ex universitate simul, an publicum interesse tantum, priori casu applicanda sententia Carpzovii, & sic sponte corruunt rationes dissentientes Lauterbachii loc. cit. cum enim membrum universitatis tunc revera sit litis confors, id quod aliis litis confortibus tribuitur, ut sine mandato cum cautione rati agere possint, huic non dengandum. Posteriori autem casu non admittendum esse sentit Dn. Stryck. loc. cit. cum illud quod civitati debetur, singulis non debetur. l. 7. §. 1. ff. quod cuiusq. univers. nom.

### XXIII.

In aliis autem personis, praeter haec tenus recentitas, mandatum non præsumitur, licet ad cautionem rati præstandam sint parati. Dn. Stryck. Introd. ad Prax. for.

for. pag. 94. videatur Jus Norimbergense Tit. 5. leg. 4. verb:  
 Aufserhalb dieser obgemeldten Personen soll niemand  
 von eines andern wegen in Gericht zu handeln zugelassen  
 werden / er hab dann dessen genugsame Gewalt ic. Hinc  
 nec magistratus pro subditis absque mandato agere po-  
 test. Quamvis Treutl. Vol. 1. Diss. 9. §. 7. & Wurms.  
 Lib. 1. Tit. 5. Observ. 18. n. 6. contrarium statuant. Re-  
 gula enim manet generalis; quod nemo pro aliis abs-  
 que mandato possit agere l. 1. ff. de Procurat. & cum ab  
 hac regula nuspam excipiatur magistratus , sub illa  
 comprehendi omnino intelligitur. Neque amicus  
 pro amico , et si de rato caveat , admittitur. Treutl.  
 loc. cit. id quod etiam in Camera observari testatur Gail.  
 Lib. 1. Observ. 133. n. 2. Licet enim nonnulli Dd. mul-  
 tum hic amicitiae tribuant , & in amicis arcifissima ne-  
 cessitudine nobis devinctis idem obtinere existent ,  
 quod in cognatis locum habet , cum cognatis & agna-  
 tis accenseantur , imo & praeferantur , juxta l. 4. Cod. de  
 Castris. pecul. l. 2. princ. ff. qui pet. tut. l. 22. ff. ex quib. cauf.  
 maj. tum etiam quod fratrum nomine & appellatione  
 veniant amici l. 58. ff. de hered. inst. hinc uti fratres pro  
 fratribus in judicio sine mandato agere possint , l. 35. ff.  
 de Procurat. ita & amici pro amicis sint admittendi , ob  
 paritatem rationis, Sichard. ad l. 12. Cod. de Procurat. n. 71.  
 Tiraquell. in l. 8. Cod. de revoc. donat. Hillig. in Donell. Lib 18.  
 c. 12. lit. K. quam sententiam de Jure Romano vix con-  
 venire , usu tamen receptam esse , tradit Simon van  
 Levwen. Cens. for. P. 2. Lib. 1. c. 6. n. 7. Sed horum argu-  
 menta facile refelli possunt , (1.) quia illud quod con-  
 tra jus commune introductum , ob paritatem rationis  
 non est extendendum , jure autem planè singulari est  
 receptum , ut cognati absque mandato ad agendum  
 pro

❀( 25. )❀

pro cognato admittantur. Hinc si forte in quibusdam causis eadem obtineret ratio in amicis, quæ in cognatis, non tamen extensio erit facienda ad amicos edicti prætoris, consanguineos pro conjunctis admittentis. (2.) Quanquam amici in multis etiam æquiparentur cognatis, id tamen non procedit in privilegiis ac juribus singularibus, quoniam hæc strictam accipiunt interpretationem. Hæc autem se ita habent, nisi jure statutario aliud sit introductum, uti juxta statuta Pomeraniæ amicus pro singulari amico cum cautione rati admittitur. Pomerische Hofgerichts-Ordnung Tit. von Gewalt. s. Wird aber jemand.

XXIV.

Illas autem personas, quæ mandato præsumpto gaudent, absque cautione rati valide nihil agere, ex superiorius deductis notum est. Cautio enim rati locum habet, quando incertum ac dubium est, an ei, qui se gerit pro procuratore, negotium sit mandatum, cum verò ex quorundam personarum conjunctione mandatum præsumatur, vel saltem dominum gesta ratificaturum, nec tamen planè sit certum, idcirco præfita cautione rati admittuntur, l. 35. ff. de Procurat. Brunnem. ad l. 39. ff. ed. Dn. Stryck. Introd. ad Praxin forens. pag. 98. Ord. Process. Sax. Tit. 7. s. Wir lassen aber &c. Ius Norimbergense Tit. 5. leg. 4. s. Doch also. Cautio verò hæc per scripturam cum oppignoratione bonorum fieri nequit, sed oretenus mündlich / & realler würtlich præstari debet, consentiente magistratu, cuius jurisdictioni bona immobilia pignoranda sunt subdita. Usus tamen Judiciorum Saxoniorum Electoralium fert, ut sicubi quasi procurator in provinciis

D

## ※( 26. )※

vinciis bona immobilia possideat , magistratus confessus non sit necessarius , sed sufficit , nudam fieri hypothecæ conventionem , ac desuper actuarii registraturam , quod Juri Civili consentaneum esse monet Carpz. Process. Tit. 5. art. 6. n. 10. & Lib. 3. Respons. 7. n. 15. Immobilia autem non possidens per fidejussores vel pignora cavet , Hahn. ad Wesemb. pag. 240. Martin. ad Ord. Process. p. 374. Juratoria cautio non admittitur , Zang. P. 2. except. 8. n. 39. seqq. Ziegler. ad Ord. Process. Tit. 7. verb: Würflich bestellen. Speciale quid in Elektoratu Saxonie , ubi nemo , nisi possessionatus admittitur , Carpz. P. 1. Const. 1. def. 29. Hinc nec maritus pro uxore in judicio sine legitimatione potest comparere , nisi doceat se immobilia possidere ; Nec etiam filius familias pro patre possessionato , licet viente eo dicatur dominus bonorum paternorum , spemque habeat successionis. Illustrat hoc præjudiciis ex Scabinatu Lipsiensi Dn. Rivin. ad Ord. Process. Tit. 7. Enunc. 12. Exigitur haec cautio ante litem contestatam , l. 40. §. 3. ff. de Procurat. Sichard. ad l. 1. Cod. de Procurat. n. 3. nisi post litem contestatam demum procurator intervenerit , tunc enim perinde est , ac si ab initio intervenisset , Buff. Comment. ad ff. Lib. 3. Tit. 3. pag. 14. Lau- terb. Compend. ad dict. tit. Imo & Judex eam ab adversario non petitam conjuncto in sententia potest injungere , Modest. Pist. Quæst. 144.

## XXV.

Non prætereunda hic est quæstio satis ardua , an cautio rati hoc loco prestanda , sub se comprehendat cautionem judicatum solvi ? ita nimirum , si ille , qui defensorio nomine processum ad finem usque pertractaverit , defensus

\* ( 27. ) \*

sus autem per sententiam condemnatus, illius facta coram judicio peracta ratihabere detrectet, aut etiam si defensor medio in processu ab actione desistat, an contra defensorem absque nova actione statim executivè possit procedi? Nonnulli ita sentiunt; Defensorem propter cautionem rati ulterius non esse obligatum, si omnem adhibuit diligentiam, principalem autem ad ratihabitionem gestorum compellere haud valeat, sic enim ipsi nec culpa nec negligentia esset adscribenda. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 27. §. 7. lit. G. & H. Schurff. cent. 1. consil. 15. Matth. de Afflct. decis. 295. Maranta Consil. 41. Lauterb. Disp. 5. Vol. 3. §. 40. Berlich. P. 2. decis. 234. Brunnem. ad l. 1. Cod. de Procurat. infin. Alii ita opinantur, quod defensorio nomine in judicio comparens promitterat se effectorum, ut principalis omnia, quæ aucturus sit, ratihabeat: ubi autem quis se ad factum obstringit, sola diligentia non sufficit, sed promissor facti ad præstationem interesse in casu facti non secuti tenetur, l. 72. ff. de V.O. siquidem defensor per collusionem cum principali tum judicatum, tum totum processum facile annullare possit, hinc iuri magis consentaneum arbitrantur, si defensor interesse, in quod ipsis principalis fuit condemnatus, auctori præstare adigatur, l. 13. & 19. ff. rem rat. habit. §. 3. Inst. de inutil. stipul. ibique Vinn. n. 23. Jason, Zafius, Alciat, Cujac. adl. 38. ff. de V.O. Bronchorst. cent. 4. assert. 40. Socin. consil. 288. Vol. 5. quest. 29. Ex quo præsupposito illud extrahunt conclusum, quod cautioni de rato virtualiter insit, judicatum solvi, cuius vigore post recusatam ratihabitionem sine novo processu possit peti contra cayentem & defensorem executio, Dn. Schwen-

D 2

dendörff

dendörff. ad Fibig. process. pag. 260. Carpzov. Process. Tit. s.  
art. 2. n. 44. Schilt. exercit. ad ff. 10. §. 63.

## XXVI.

Cum distinctione tamen circa hoc Dd. assertum solet procedi , an per sententiam scilicet quis in certam pecuniae summam , sive ad aliam præstationem sit condemnatus ? & an principalis sit solvendo , an non ? Marant. Specul. aur. P. 6. membr. 8. n. 11. Si sit solvendo , & sententia certam & determinatam summam exigat , interesseque litis ex ipsa sententia appareat , defenorem ad judicatum solvi absque nova actione sine processu sub poena executionis esse compellendum statuunt , quod etiam ad eum casum extendunt , si sententia factum exigat , cuius implementum in potestate defensoris consistat : Secus si non subsecuta à principali ratihabitione , sententia tamen satisfactio extra potestatem defensoris sit constituta , tunc quidem ad præstandum interesse , non tamen vigore executionis statim , sed præcedente probatione , demonstratione , aut judiciali taxatione compellendus . Aliter se res habet , si principalis non sit solvendo ; nam licet omnia , quæ defensor suo nomine egit , velit ratihabere , actor tamen frustra solutionem tunc ab ipso expectabit . Iniquum ergo esset , si defensoris obligatio arctius haberet vinculum , quam principalis , & ita hoc passu cautionem rati ad judicatum solvi non extendendam .

## XXVII.

Sed si dicendum quod res est , prior opinio magis est communis , & tum ratione naturali , tum legibus optimè fundata ; Natura enim ejusmodi stipulationis , non nisi operam & industriam exigit , l. 10. §. 1. 2.  
ff. ad

ff. ad leg. rhod. de jact. licet etiam poena sit adjecta. Hinc si cavens id præstat, quod in se fuit, ab omni poena liberatur. Heig. ad Inst. §. 3. de inutil. stipul. Berlich. alleg. decis. 234. n. 6. succedit enim poena in locum ejus, quod interest, fiero adhibendo diligentiam, id quod interest, non præstare teneatur, sequitur, quod nec pœnam? Bacchov. ad Treutl. loc. supr. alleg. & cavens tunc non tenetur, si principalis ratum habere nolit. Brun-nem. ad l. 19. §. 1. ff. rem rat. habit. Nemo enim factum alienum promittere potest. Schneidew. ad Inst. §. 3. de in-util. stipul. & omnes personæ, quæ sine mandato cum cautione rati agere possunt, de judicato solvendo non possunt stipulari, quia procuratores non sunt. Brun-nem. ad l. 3. ff. judic. solv. n. 4. Donell. Lib. 18. c. 14. Lit. B. Idem confirmatur per ea, quæ habet Glossa in Leg. 7. ff. de Procurat.

## XXIX.

Hæc omnia satis clarè probant, quod cautio rati, & judicatum solvi, nullo modo inter se sunt conjunctæ, hoc eo magis exinde elucet, quod ex concessione eorum, qui contra sentiunt, altera pars, si principalis, cuius ratihabitionem defensor promisit, non sit solvendo, cum vacuâ illa ratihabitione contentus esse debeat, neque implementum judicati a defensore exigere possit. Accedit, si cautio rati judicatum solvi in se contineret, & defensus ratihabere nolit, defensor autem tunc ad interesse teneatur, non video quis prohibere possit, quin principalis judicio negotiorum gestorum contrario ad resarcendum damnum, & ita in effectu ad ratihabitionem ejus, quod à defensore actum, rectè compelli debeat, quod tamen contra

D 3

natu-

naturam stipulationis esse , supra satis probatum .  
 Nam qui facta ab eo , qui de rato cavet , ratihabere no-  
 lunt , sunt ipso jure tuti : ita enim judicavit supremum Appellationis Dicasterium Dresdense , termino hyemali 1680 . quod recenset Dn . Rivin . ad Ord . Process . Tit . 7 . Enunc . 17 . ubi rationes decidendi ita exprimun-  
 tur : Es haben die Brüder von Schönbergk Leuterung eingewendet und eventualiter restitutionem in integrum ex capite minorenitatis & absentiae studiorum causa gebetten / auch darneben / daß sie niemand ihres Bruders facta zu ratihabiren zwingen könne / anführen lassen ; weilen sie nun also und wenn sie des Bruders gesta nicht ratihabiren / die gesprochene Urtheil respectu ihrer res inter alios acta & judicata bleiben / so mögen sie auch dieselben nicht binden / und ist ferner / weil sie ipso jure tuti , sie in integrum zu restituiren nicht vonndthen . Hinc illi , qui opinioni favent contrariæ , culpam & negligentiam promissoris præsupponunt , Lauterb . Dijput . alleg . § . 40 . ibique Dd . aut etiam passim præju-  
 diciale , ubi alias cautio rati locum non habet , tunc saltem ad interesse , non autem ob judicatum solven-  
 dum obligatum esse carentem , deducit ex decreto Se-  
 natus Appell . Dresd . in termino aestivo 1701 . publica-  
 to Dn . Rivin . loc . cit . Enunc . 16 . sed hoc interesse non ex  
 quantitate petita , sed ex futurâ victoriâ aestimanda ,  
 quæ cum dubia ac incerta , inde difficilis erit decisio ,  
 Mæv . P . 4 . decij . 365 . num . 6 . Dn . Stryck . ad Lauterb . Comp .  
 Lib . 46 . Tit . 19 .

## XXIX.

Hoc quidem non negandum , si cautio rati nil nisi diligentiam in promissore , licet nihil effecerit , requi-

\* ( 31. ) \*

requirat, quod judicium facile eludi, & alteri parti non raro præjudicium exinde nasci posset; Hinc boni judicis officium ad hæc incommoda avertenda erit occupatum, ne cautionem rati indefinitè recipiant, sed tantum ad proximum usque terminum illam restringant, aut cauentem de ratio non aliter, nisi sub pena ab altera parte petita, & à judice determinata, in casum non subsecutæ ratihabitionis admittant, ita scilicet, ut ratihabitione non subsecuta, pena pro-missa in commissum cadat, absque prolixiori pro-cessu. Si quis autem talem poenam promittere no-lit, non aliter ac ille, qui absque mandato in judicio agere intendit, puniendus, quo consilio gravamina superius enumerata recedere videntur. Conf. Mæv. P. 7. decis. 37.

### XXX.

Præsumptum autem mandatum, de quo jam dictum, cessat, si illa præsumptio elidatur proba-tione contraria, quæ ex qualitate causæ expediен-dæ elicienda, Dn. Stryck. in not. ad Lauterb. Compênd. pag. 134. utpote si illa persona conjuncta vel est major & alium jam habet procuratorem l. 40. §. fin. ff. de Pro-curat. l. 21. Cod. b. t. aut si ipse contradicat principalis l. alleg. 40. ibique Brunnemann. Dn. Schwendendörrf. ad Fibig. pag. 245. Contra voluntatem enim non ad-mittitur, ne illud, quod in dominorum conju-nctorum favorem est introductum, in illorum odium detorqueatur; Vel principalis pupillus est aut minor, tutorem tamen aut curatorem habet constitutum, & tunc præsumptum illud mandatum locum non ha-bet, Struv. Syntag. Jur. Civil. Exercit. 7. §. 28.

### XXXI. Ces-

Cessat etiam mandatum præsumptum in præjudicitalibus, ubi speciali mandato opus est, i. e. ubi specialis animi declaratio desideratur. Mæv. P. 8. decif. 217. n. 2. Dn. Stryck. *Introd. ad Prax. forens. c. 10. §. 11.* quorum multos casus recenset Perez. *ad Cod. Lib. 2. Tit. 13. n. 20.* Zang. *de except. P. 2. c. 8. n. 38.* Dn. Schwend. *ad Fibig. Process. pag. 247. seqq.* Nec cautio rati defectum mandati specialis supplet. Barbos. *ad l. 1. ff. de Procurat.* Mæv. P. 7. def. 70. Generale enim faltem, non speciale datur mandatum præsumptum. Et cum ne quidem is, qui generale expressum habet mandatum, ad ea admittitur, in quibus opus est speciale mandatum, absurdum esset plus operari mandatum præsumptum, quam expressum, Covarruv. *Lib. 1. Var. Resol. 6. n. 5.* Sichard. *ad l. 2. Cod. de Procurat. n. 11.* Huc spectat l. 27. ff. *de minor. ubi consanguineus,* patre excepto, sine speciali mandato non potest petere restitutionem in integrum proximare consanguineo læso & circumvento, proinde in iis, quæ speciale mandatum exigunt, non admittuntur, nisi speciale mandatum proferant. Maritus itaque defensorio nomine uxoris, reo juramentum deferre nequit, secus si fiat, alia injungitur legitimatio, uti appareat ex præjudicio, quod allegat Dn. Rivin. *Specim. Except. for. c. 7. n. 18.* Nec ad instituendam actionem injuriarum pater nomine filiæ emancipatae, maritus pro uxore, filius pro matre admittitur, licet cum cautione rati, ita enim modus procedendi in iudiciis, quamvis contrarium defendere intendat Dn. Schwendendorff. *ad Fibig. pag. 250.* Ubi enim factum principalis requiritur, defensio cum cautione rati locum

cum non habet, Mæv. P. 7. decisi. 76. Illustrat hoc exemplis Dn. Rivin. ad Ord. Process. Enunc. 10. additâ tamen limitatione , nisi de injuriato constet sibi injuriam revocasse ad animum , tunc enim speciali mandato opus non erit , loc. cit. Enunc. 11. Ita nec socius pro socio absque mandato speciali potest documenta recognoscere , Dn. Rivin. Specim. Except. forens. cap. 7. n. 16. nec jurare , cum juramentum sit personalissimum quodam , nec transit à persona in personam , Setz. de Jure ram. Lib. 3. c. 3. n. 99. nec solutionem accipere , Brun nem. ad l. 35. ff. de Procurat. Confer. Nicol. Process. P. I. c. 7. n. 47. nec beneficium accipere , bene tamen impetrare , cum ad impetrandum beneficium speciale mandatum non exigatur. Rota decis. 8. & 538. sub tit. de Procurat. in antiqu. Trentacingq. Var. Resol. Lib. 2. Resol. 15.

## XXXII.

Mandatum denique nec tunc præsumitur , quan-  
do dominus ipse expresse mandare , aut gesta rati-  
habere nequeat , aut consors ad agendum pro con-  
forte non sit habilis , Dn. Schwend. ad Fibig. Process pag.  
246. licet cautionem rati velint præstare. Absurdum  
enim esse afferit Besold. ad Jus Würtemb. Disp. 1. §. 37.  
aliquem admitti ad cautionem pro ea persona , quæ  
ipsa per se legitimam standi in judicio personam non  
habet , nec legitimè ratihabere potest. Hinc pro pu-  
pillis , minoribus & fœminis nemo cum cautione rati  
propterea videtur admittendus , cum prædictæ per-  
sonæ acta ratihabere non sint capaces , præsertim ra-  
tione fœminarum in foro Saxonico , ubi absque con-  
fensi & auctoritate curatorum mandare , & ita per  
consequens litis consortium facta ex præsumpto man-  
dato

E

dato ratihabere non valent. Neque defectus curatorum per cautionem rati tanquam æquipollens poterit suppleri. Notandum tamen, licet hæ personæ sibi soli relictæ ratificare nequeant, possunt tamen per curatores ac tutores, quorum auctoritate mandatarios ritè constituunt, gesta quasi procuratoris rati habere. Ex quo fundamento fratrem pro sorore cum cautione rati admisit Senatus Appellationum Dresdenis termino hyberno 1693. in causa Buchnern contra Buchnern / & termino æstivo ejusdem anni in causa Ermeri contraria Lindensem.

## XXXIII.

Plura quidem hic mihi essent conscribenda, quantum nempe præsumatur mandatum, *tum ex necessitate*, si venditores, qui de evictione caverunt, post denunciationem tempestivam defensorio nomine comparent, de quo agit totus *Tit. de Evict.* *tum ex voluntate*, quorsum spectant institores, præpositi & quilibet negotiorum gestores, *L. 21. §. 1. ff. de negot. gest.* Simon van Leywen. *Cens. forens. P. 2. Lib. 1. c. 6. num. 7.* sed tempore exclusus hæc pro instituti nostri ratione sufficere existimo, quæ candido lectoris judicio & censuræ submittio. Pro concessis autem viribus sit & maneat:

**SOLI DEO GLORIA.**



BUR-

BURGERE, nomen Melpomene Tuum  
Dicæ benigno civibus intulit  
Jam calculo dudum, celebrans  
Teque Tuumque jugem laborem.

BURGERE, sertum frondis Apolline  
Natae paravit Tibi Sedulitas  
Licentiati dans coronam  
Ac Themidis proprios honores.

Dum disputando nos graviter doces,  
*Praesumta* quid sint *jussa*, quid inferant:  
Omnes Camoenae vota fundunt  
Corde pio Tibi gratulatae.

Praesumtuoso non etenim capis  
Tuos honores pectore, sed bene  
Vires probando praevidebas,  
Quanta Tibi superet supellex.

En

En ut faventes concipient preces  
Quicunque Tecum juris habent sacras  
Leges, ut altum consequantur  
Culmen honor Tuas, atque laurus.

Hinc vota votis jungimus, inserat  
Te fors secundis sideribus, colat  
Te sic, ut haud prae sumptiones,  
Sed liquidas facias sequelas.

Paucis his versiculis volebant & rovebant  
Praenob. DN. LICENTIATI honores  
ratos & firmos esse

SYSSITI MOLLERIANI.



**ULB Halle**  
001 944 55X

3




S.6.



B.I.G.

Farbkarte #13



DISSE<sup>22</sup>TATIONEM IN AVGVRALEM  
DE <sup>Bra. II. num. 5.</sup>  
**MANDATO**  
**JUDICIALI**  
**PRÆSVMPTO,**<sup>1705</sup>  
DEO T. O. M. ADSPIRANTE,  
ET  
**MAGNIFICO**  
**JCTORVM ORDINE**  
**SUFFRAGANTE,**<sup>33.</sup>  
IN  
**ILLVSTRI NORICORVM**  
**VNIVERSITATE**  
PRO  
IMPETRANDIS IN VTROQVE JVRE  
HONORIBVS AC PRIVILEGIIS,  
CALENDIS OCTOBRI<sup>S</sup> ANNO MDCCV.  
H. L. Q. C.  
SOLENNITER VENTILANDA KENFREDI MNIVERS.  
PROPONIT ZVHLIE  
**JOHANNES JACOBVS BVRGER,**  
NORIMBERGENSIS.

Casifero MEYERIANO.

